

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

An item consulens. n. 413

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

idem Furtum commisurūs fuisset : Item usū-  
rarium non peccare, qui acciperet aliquid vi-  
mutui ultra sortem, quod alias nihilominus  
aceperisset ; quæ sine dubio absurdā sunt.

### Mandans.

#### CONFERTIA. VII.

**Q**uando Mandans revocat verbis litteris vel  
internuncio mandatum suum ante execu-  
tionem damni, insinuando revocationem  
Mandatario, an teneatur nihilominus  
ad restitutio[n]ē damni per Mandatarium illati[us]  
p. Negative. Ratio est : Quia causa Man-  
dans revocando suum mandatum, eo ipso re-  
vocat totam suam causalitatem executionis :  
Ac per consequens non influit amplius in effe-  
ctum secutum, atque adeo non obligatur ad  
refaciendum damnum, quod postea sequitur  
ex malitia Mandatarij potius, quam ex man-  
dato præcipientis.

### Consulens.

#### CONFERTIA. VIII.

**A** Nidem dicendum de Consulente, qui ante  
factum damnum, quod consulit, conatus  
fuit revocare suum consilium : An scil. etiam  
liberetur ab onere restituendi.

Resp. Consulentem teneri ad restitutionem  
damni suo consilio efficac[i] illati, non obstan-  
te

te, quod ante factum damnum revocaverit suum consilium. Ratio est: quia consilium prius datum, non obstante revocatione, moveret efficaciter ad damnum inferendum; ita ut causa illud exequens dicere possit, se induceream hujusmodi consilio: igitur &c.

Nec sane paritas est inter Mandantem & Consulem, siquidem quod agit Mandatarius, agit nomine & auctoritate Mandantis. Consequenter hoc ipso, quod Mandans revocet suum Mandatum, cessat Ratio agendi in Mandatario ab Mandante proposita: At vero capiens Consilium agit nomine tuo, quidquid agit, cum Consilium respiciat utilitatem illius, cui datur: ergo non statim cessat Ratio agendi semel ipsi per consilium impressa, tametsi consulens centies consilium suum revocet.

### Consensus.

#### CONFERTIA. IX.

**Q**uia consensus alius est simplicis consentiæ in malo alterius, à quo scilicet non 414. dependet illud malum: Alius contentus dependentiæ, sine quo malum illud non sequeretur, rectè queritur, an uterque causer obligationem restituendi.

**R**esp. Consentiens tunc solus tenetur al-